

Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 143. Asserta à Majoribus formidolosæ attritionis insufficientia,
divinique amoris necessitas ad justificationem, in Sacramento Pœnitentiae,
ex sacris Oraculis probatur, atque imprimis ex primo ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

Liber Quintus.

464
 ter omnia quæ diligenda sunt; ita etiam peccatum sumum malum est inter omnia quæ odisse homines debent: illud sequitur, ut quam ob causam Deum summè diligendum esse confitemur, ob eandem rursum peccati sumum odium nos capiat necesse sit. Si eamdem ob causam: sicut ergo Deus summe diligendus est, quia sumnum bonum; sic peccatum summe, id est super omnia mala odendum est, quia contrarium summo bono, & quia sumnum malum, ipsaque gehennæ magus. Quomodo ipsum odire nemo potest ex solo servili timore gehennæ, tamquam motivo unico & adaequato, sed ex amore dumtaxat filialique timore, quia offensa Dei est. Videri potest Georgius Ederus, Catechismi Romani Abbreviator, quem suo Brevi Pius V. commendavit. Ipse enim tit. de contrit. § 3. ait, *summum & maximum dolorem de peccatis, qua commissa sunt, iuscipendum esse...* Ut enim maxime diligendas est Deus; ita que nos à Deo alienant maximè detestari debemus... adeò at quam ob causam Deum maxime diligendum esse confitemur (ob solum certè timorem gehennæ maximè diligendum non confitemur) ob eandem rursum peccati sumum odium nos capiat necesse sit.

1676 Denique necessitatem benevolæ Dei dilectionis, in Sacramento Penitentia, docent Ritualis Coloniensis anni 1566. Carnotense anni 1581. Aretatense & Engolismense anni 1582. Vienensis in Delphimatu anni 1584. Remensis anni 1676. Catechismus Senonensis anni 1669. Tornacensis, Rupellensis, & Lexovicensis anni 1676.

C A P U T CXLIII.

Asserta à Majoribus formidolosa attritionis insufficiencia, divinique amoris necessitate ad justificationem, in Sacramento Penitentia, ex sacris Oraculis probatur, atque imprimis ex primo maximoque mandato.

1677 EX primo (inquam) maximoque mandato (toties in illis repetito) diligens Dominum Deum suum ex toto corde tuo, &c. Certum quippe est, isto mandato præcipi benevolentia Dei amorem super omnia, quo Deo, nulli alteri tribuamus cordis & amoris nostri principatum. Quo dato, nullum profecto rationabilis assignari potest tempus obligacionis illius præcepti, quām illud, quo homo reconciliari vult cum Deo, postquam ipsum mortaliiter offendit, per ablatum ipsi, in creaturam transflatum cordis & amoris sui principatum, contra primum illud mandatum. Tam fortis etenim rationes suadent ad reconciliationem illam necessitatem esse Dei benevolentia super omnia amorem, ut quodcumque aliud tempus assignaveris, quo dictum mandatum impleri debeat ante vitæ extremitatem (ad quam differi non potest, juxta Ecclesiæ declarationem) non aquæ fortis, vel saltem non fortiori ratione assignatio tua fulcietur, quām nostra, quā tempus illud designamus, quo homo reconciliari vulnus cum Deo, per mandati illius violationem mortaliter offendit. Pro quo tempore faciunt rationes sequentes.

1678 Prima: reconciliatio cum amico, graviter offendit per violatas amicitia leges, fieri debet per istius violationis reparacionem; adēque per amicitia prælia redintegrationem; amicique restitutio in pristinum amoris statum. Igitur reconciliatio cum Deo, graviter offendit per violatas amicitia leges, per violationem utique primi maxime mandati, sive per ablatum ipsi cordis & amoris principatum, fieri debet per istius violationis reparacionem; adēque per amicitia prælia redintegrationem, Deique restitucionem in pristinum amoris super omnia statum.

Secunda: omne peccatum mortale violatio est 1679 primi illius mandati (cum per omne mortale homino creaturam amet plusquam Deum) violatio vero primi mandati reparari nequit, nisi per illius adimpletionem, violationi illi oppositam. Per consequens reparari non potest, nisi per amorem Dei super omnia, quo solo fit reparatio, & adimplecio, violationi illi opposita.

Tertia: quandiu peccator Deum super omnia non amat, non solum non reparat peccatum, quo creaturam plusquam Deum amat, quin potius illud continuat. Neque enim cessat amare creaturam plusquam Deum, quandiu Deum non amat plusquam creaturam. Si enim iuxta Augustinum regnat carnis cupiditas ubi non est Dei charitas, tamen regnat carnis cupiditas, quandiu eam regnante non extrudit regnans Dei charitas.

Quarta: reconciliatio peccatoris cum Deo fieri 1680 nequit, nisi per subditum rebelli & infidelis fidelis fiat & obedient. Per omne vero peccatum mortale peccator efficitur rebellis adversus primum maximum mandatum, in creaturam transiendo dominium principatumque cordis, sibi Deo debitum. Ergo reconciliatio ipsius cum Deo fieri nequit, nisi fiat subditus primo maximoque illi mandato obedient, Deum ex toto corde, adēque super omnia amando.

Quinta: peccatum furti non remittitur, nisi pro posse restituatur quod furto iniustè est ablatum. At qui omne peccatum mortale est tunc, furtorum omnium iniustissimum, quo peccator Deo ablit cordis & amoris principatum, ipsi tamquam Creatori, Redemptori, & supremo cordium omnium Domino strictissimo jure debitum. Nullum ergo peccatum mortale remittitur, nisi principatus ille pro posse restituatur. Quod solum fieri potest Deum super omnia amando.

Sexta: præceptum amandi Deum super omnia haud dubio aliquando per se obligat. Dicant igitur Adverbarii, quo potiori tempore, quām quoreparari debet injuria magna, Deo per violationem illius præcepti illata? Quodcumque tempus afflignaveris, rationem petam, cur tunc, si non tempore proxime dicto. Si v.g. dicas obligare, dum superanda est gravis tentatio contra illud præceptum: a te petam, cur tunc obliget, si non obligatum reparanda est gravis injurya Deo illata violando idem præceptum? Si enim dicas, gravem illum tentationem superari non posse, mihi Deum super omnia amando: dicam aequali vel majori jure, dictam injuriam similiter reparari non posse, mihi Deum super omnia amando. Ob ea quæ autem dīcta sunt.

Septimam rationem solita pietate & soliditate 1681 adserit piissimus doctissimum Contensonius to. 9. disert. un. c. 2. Si puer baptizatus, qui nec peccato originali infectus, nec ullo actuali criminis baptismalem innocentiam perdidit, juxta S. Thomam, in Deum se per amorem refforere affectus, adepto rationis uero: quanto magis, qui à Deo priuâ voluntate receperit, ab ultimo fini se submovit, & Creatorem creaturis postpositus? Puer non potest incipere vitam rationalem sine motu amoris in Deo: quomodo ergo peccator incipiet christianum? Puer, non quia peccavit, sed ne peccet, debet ad Deum amare fieri. Et homo, post peccatum, ut peccatum proprium sanet, non debet ad Deum dilectione moriri? Expedire quidem se ab hoc argumento volent, qui S. Thomas sententiam non comprehendunt, negando suppositum. At Theologus Thomista namquam illi argumento satisfaciens, vel verisimilem offeret unquam probabilis disparitatis rationem. Nec Theologus quisquam alius (inquam ego) verisimilem probabilis disparitatis rationem afficeret, inter tempus a nobis assignatum, & quodcumque aliud se desigundum.

Ostava

De Sacramento Poenitentiae.

465

1685 Octavaratio, quā praecedens illustratur, est quia peccator, mortaliter peccando, quasi per annihi-
lationem mortaliter esse defit, iuxta illud: *ad ni-
hil redditus sum, & nescivi*, Psal. 72. 22. De-
fit namque esse homo, dum defit esse rationalis,
contra rationem à Deo recedat. Defit cùm ho-
mo, dum, ut ibidem dicitur v. 23. *ut jumentum
fatus est*. Per consequētū moraliter quasi de no-
vo procreatur, dum ad Deum convertitur. Unde
Psalm. 50. 11. dicitur: *Cor mundum crea in me
Deus*. Ephes. 2. 10. *Creati in Christo Iesu in
operibus bonis*. Si ergo puer (de quo proxime) incepere potest vitam rationalem, nisi per
amorem Dei super omnia converto se ad
Deum, uti probavimus to. 2. agendo de chari-
tatis præcepto: nec peccator ille, nisi per amorem
illum, incepere potest vitam christianam;
quam nisi incepit, ad Deum converti non po-
tent.

1686 Nona ratio: si homo, dum post peccatum Deo reconciliari vult per Baptismi, vel Pœnitentia Sacra-
mentum, adeoque per virtutem istius Sacra-
menti in corde suo vult charitatem diffundi per
inhabitantem Spiritum sanctum; sì (inquam) ho-
mo tunc Deum propter se super omnia diligere
non teneat: ergo nunquam Deum sic diligere
tenteret, quandiu falem non debet ipsi copia
Sacramenti. Cùm enim nihil rationis, nihil æqui-
tati, & justitiae conformius sit, quam tunc falem
Deum propter se super omnia diligere, cùm (post
peccatum, quo creature Deum in amore postpo-
suit) homo à Deo diligi vult (vulgatum quip-
pe apud Sapientes est istud: *ut ameris, ama*) ni-
hil etiam rationi, justitiae, & æquitati conformius,
quam ut homo tunc Deo restituat amoris prin-
cipiatum, cùm sibi remitti vult injuriam, quam ipsi
principiatum istum, cùm grandi injurya & con-
temptu ipsius, adulst, & in creaturam vilissimam
transfusit. Divina proinde dilectionis primum
maximumque mandatum evacuat, quicquid tunc
ipsius obligationem negat. Nullam quippe ratio-
nem proterre poterit, cur absque Dei super omnia
dilectione peccator salutem adipisci non po-
terit, si abisque ea Dei amicitiam, tantèque in-
juriam remissionem adipisci valcat. Sit enim pecca-
tor, qui post quinquaginta annos in omni ipse-
cari genere, in homicidiisque, fortis, rapinis,
perjuris, blasphemis quanplurimis transactos,
& violata omnia divina legis mandata, nec un-
quam elicitiū divini amoris actum, divini tan-
dem judicii, infernique timore concussum, ex co-
folo timore attritione concepsit, paucis ante mor-
tem diebus confiteatur, & abolitione donetur,
taliterque absolutus, vi improviso morbi subito
superveniens, statim amissio rationis usu, è vivis
excedat. Quero, an peccatore illum salvandum
formidolosa attritione Patronus conseat, an non?
Si sic, divina dilectionis primum maximumque
mandatum primariam proinde maximamque Chri-
stiani Religionis obligationem evacuat; ad nihil
lumque redigit, saltem ubi copia non debet Sacra-
menti. Si non: igitur per talen attritionem, confes-
sionem & abolitionem adeptus non est Dei amici-
tiam, sive gratiam justificantem, nec peccatorum
remissionem. Alias deceffasit justificatus; deceffas-
si proinde salvus.

1687 Propterea Morinus l. 8. c. 4. n. 4. recte animad-
vertit, quod opinio de formidolosa attritione ad
justificationem sufficiente, videtur necessaria sibi
supponere, velut fundamentum, banc doctrinam,
pelle hominem solo habitu gratia, sive ullo dilectio-
nis Dei motu in hac vita, non modo justificari,
sed etiam reapse in calum recipi.

1688 Et revera croneam hanc doctrinam Attrito-
narii plurcs admittunt, etiam (quod maxime do-
lcendum) plerique ex iis, quorum instituti testera-

est, AD MAJOREM DEI GLORIAM (quasi vero
primi maximique mandati, primarieque obliga-
tionis Christiani evacuatio, dum copia non
debet Sacramenti, ad maiorem Dei gloriam cedere
posset) eam quippe non sine admiratione in suis
(à me vīs) de Pœnitentia. Dictatis Anglo-Leo-
densibus novissimè admittit Slaughterus p. 2. disp.
4. sc̄t. 6. in respōf. ad 2. object. hisce verbis:
*Potest contingere ut salvetur homo, qui omnia Dei
mandata sacrissime violavit, & nunquam imple-
vit primum mandatum diligendi Deum... si homo
ille suscipiat Sacramentum cum sola attritione....
& statim moriatur.*

Nec sūis primus id ipse docuit. Idipsum ante 1689
ipsum tradiderant Sanchez l. 2. in Decal. c. 35.
n. 9. Azor to. 1. l. 9. c. 4. q. 1. Tamburini l. 2.
in Decal. c. 3. q. 2. ubi sic: *Mibi placet doctrina
Azor, qui docet hoc præceptum charitatis impo-
sum fuisse ob iustificationem impii: solum igitur
tunc obligare, quando impius, quia Sacramentum
Pœnitentia non est in promptu, non habet aliam
viam, quā se iustificet, nisi eliciat actum contri-
tionis, qua... actum amoris Dei super omnia dile-
cti involvit. Consequenter igitur, & indirectè, ra-
tione sua iustificationis; non per se, & directè. Et
in indirectè quidem, si Pœnitentia Sacramentum
in promptu sit. Unde ibidem *tutissimam senten-
tiā* dicit oratione, qui tenent, hominem non te-
neri ad diligendum Deum, nec in principio usū
rationis, nec in fine vita. Ita etiam Henricus Henri-
quez l. 4. Summar. c. 6. n. 5.*

Quid verò Suarez? To. 4. in 3. p. disp. 25. sc̄t.
4. dicit, primum mandatum per se aliquando ob-
ligare, v. g. in fine vita, tuncque hominem te-
neri ad eliciendū divini amoris actum, etiam
copia non debet Sacramenti, per quod sola cum
attritione justificari posset: ab ita tamen obliga-
tione per accidentem excusari, & fine Dei amore
posse salvati, si actum illum omiserit ex probabi-
li ignorantiā obligationis, seu juris (quia v. g. se-
cūs est opinionem visam tibi probabilem San-
chez, Azor, Tamburini, &c.) aut etiam facti:
quia seilicet covatus est ad talem actum habendum,
& putavist̄ se habere, & tamen reverā non habuit.
*In his casib⁹ (inquit) ille homo fine amore salva-
bitur: quia tunc necessitas illius non est medi⁹, sed
præcepti, a cuius transgressione tunc excusat⁹ur,*
propter aliquam ex dictis circumstantiis.

Porro afferere, quod sive per se, sive per ac- 1690
cidens, fine amore Dei adulterus Christianus per
Pœnitentia Sacramentum salvari possit, usque
adēd non est ad maiorem Dei gloriam, ut vel ipsi
hæretici ex affectione illa vehementer scandalizen-
tur, aque ob illam Ecclesiam Catholicam calum-
niantur, ut videat licet in libro Juris Calvinistæ,
cui titulus: *Præservativum contra mutationem Re-
ligionis*, ubi pag. 186. & seqq. sic loquitur: *Con-
trario præclarare res est; sed in locum ipsius, magno
infortiū, infuso que diplicentia fabrogata est, que
dicitar attritū. Dolor est provenient ex intuīta
penarum inferni; absque interventu amoris Dei...*
Attritū ipsa præverständit cum Sacramento sufficere
ad justificationem, & per consequētū ad salutem.
Sic homo salvus & iustus esse poterit: qui divini
amoris actum nunquam elicit. Dicetur mibi, quod
iste sit *Iesus quorundam particularium*. Ita: sed
ipsi particulares cōsent, eundem esse *Senatum Concilii Tridentini*. Enimvero vel ab oculis sumus,
vel clare percipimus ita esse. Citatoque c. 4. sc̄t.
14. in quo te fundam formidolosa attritionis De-
fentores, relatā etiam circa hoc contentionē que
est Catholicos inter Doct̄res, subiungit: *Isti Do-
mini ad concordiam inter se redibunt, si ipsi vide-
bitur, priusquam nos ad reunionē invitem. Nam
sine diverticulo ipsis denuntiamus, nunquam nos
eam in Ecclesiam redituros, ubi tolerantur qui di-*

Nnn

cunt, posse hominem salvare, qui Deum tota vita
nunquam amaverit.

1691 Dogma ergo istud: *Absque alio divina dilectionis*
actu homo adulterus salvus esse poset, scandalosum est,
impium, primarii precepti Christianae Religionis
eversum. Nec illud Ecclesia Catholica tolerat,
ut Jurius calumniosè ipsi imponit. Indò profectus
illud eliminavit, dum per Summos Pontifices
Alexandrum VII. Innocentium XI. & Alexandrum
VIII. sequentes respectivè damnaverunt propositiones.
Homo nullo unquam vita sua tempore tenetur eli-
tere auctam fidelis spes, & charitatis, ex vi pre-
ceptorum ad eas virtutes pertinentiam. Praecepta
charitatis erga Deum tunc solam obligat, quando
tenemur iustificari, & non habemus aliam viam
qua jussificemur. Deum sinecū ultimum homo non
tenetur amare, neque in principio, neque in decur-
su vite sue moralis. Quam postremam proposi-
tionem, velut hereticam, Alexander VIII. pro-
scripsit.

1692 Per condemnationem vero absurdarum aquè
ac impiorum illarum propositionum Romanæ Ec-
clesia manifestum facit, calumniosum cīle, quod
nobis Jurius imponit: "Catholici tolerant om-
nes doctrinas malas, illam etiam que negat ne-
cessitatem amandi Deum. Sed, ô Deus! quām
justus! (ait Melidensis Episcopus in Histor. Variat.
adver. 2.) qui nos mendaciter accusant, quid eam
toleremus, in panem calumniarum suarum, spir-
itus erroris tradisti, iūfmet rei sum criminis, quod
nobis imponens: cum errores istos tolerent in Lu-
theranis: ex quorum heretico dogmate, negan-
te necessitatem bonorum operum ad salutem,
consecutariū est, absque ullo dilectionis acta ho-
minem salvum esse posse, ut fatur Sculterus Lu-
theranus (apud Jurius) ex isto dogmate conclu-
dens: Deum ab homine non exigere opera velut
conditione sine quibus non sit salvus. Quod
hic manifeste sit contra Scripturam, que salu-
tem non promittit nisi diligenter Deum 1. Cor.
2. 9. Jacob. 1. 12. &c. Lutheranos nihilominus
ad communionem cum Calvinis suis, absque
mutatione dogmatum suorum, Jurius invitat.

CAPUT CXLIV.

Secunda, tertia, quarta & quinta probatio ex
aliis sacris textibus, & exemplis.

1693 Secundū, divini amoris ad justificationem ne-
cessitas, formidolosaque proinde attritionis ad
eam insufficiente probatur ex omnibus sacris tex-
tibus, ex quibus to. 1. probavimus, omnia que
deliberate agimus, ex Dei propter se amore fa-
cienda esse. Si enim omnia, igitur & pœnit-
tia, etiam sacramentalis, ex Dei propter se amo-
re facienda est.

1694 Tertiò ex omnibus textibus sacris, quibus Dei
dilectio, velut conditio, postulatur, ut à Deo di-
ligamus. Proverb. 18. 17. Ego diligenter me diligo.
Joan. 14. 21. Qui diligit me, diligetur a Patre
meo. Et v. 23. Siquis diligit me... & Pater meus
diligit eum; ubi sicut dilectio benevolentia signifi-
catur ex parte Dei; ita & ex parte nostra. Enim
verò omnis dilectio (prout Augustinus obser-
vat. 8. in Joan.) benevolentia quendam habet erga eos qui diliguntur. Et lib. 14. de Civit. Dei c.
7. Scriptura Religionis nostra non alius dicitur a-
morem, aliud dilectionem.

1695 Quartò, quisquis sacras Scripturas diligenti &
seduli meditatione fructuatur eruit, videbit in his
quidem spiritum sanctum exhortari peccatores ad
timorem, sed sic ut à timore transiit faciant ad
amorem. Maximè in Psalmis. Legatur & atten-
perpendatur Psalmus sextus, qui primus est po-
nitentialis: versu 1. exordium Psalmista facit à ti-

more: *Domine, ne in furore tuo arguas me. V. 5.*
peccator à timore ad spem erigitur: *Salvum me*
fac propter misericordiam tuam. V. 6. ascendit ad
dilectionem: *quoniam non est in morte, qui me*
morit sit tui: Idem videtur et Psal. 17. 18. 50. 70.
72. 76. 85. 101. 106. 114. 118. qui totus spiritus dilectionem, & in quo incipiendo à v. 112. (cī Ma-
gno Basilio creditur in reg. brevior. ad q. 10.)
describit modus penitentie à peccata anima
agenda. Querit namque Basilius, quali affectu
poenitentie debet anima peccatum? Et respondet:
Primum quidem male actum vitam suam odit de-
bet, ejusque memoriam abhorret & detegit. Scriptu-
m est enim: iniquitate odio habui; legem au-
tem tuam dilexi: Qualiter autem ad illam dilec-
*tionem, & ad odium illud perveniar, Psal-
mista deferit ibidem. Nam v. 120. incipit à timo-
re: *confiteor timore tuo carnes meas, V. 124.* eri-
tur ad spem: *fac cum seruo tuo secundum miseri-*
cordiam tuam. V. 127. progreditur ad charitatem:
idē dilesi mandat tua, super aurum & topazion.
Et v. 128. propterea (id est ex viiūtis dilectionis)
ad omnia mandata tua dirigebat, omnem vitam ini-
quam odio habui.*

Quintò, idem ascensus à timore ad dilectionem
nem observari potest in exemplis sanctorum pa-
nitentium, tam veteris, quam novi Testamenti,
ad quorum normam peccatores oroperiuntur.
Quaecumque enim scripta sunt, ad nostram dictinam
scripta sunt. Rom. 15. 4. Et quemadmodum San-
ctorum vita cetera norma vivendi est; ita San-
ctorum penitentia cetera norma est penitendi.
Unde Tridentinum scil. 14. c. 4. ex illis Sancho-
rum clamoribus: *Tibi soli peccavi. Labravi in*
genitu meo. Recognitabo tibi omnes annos meos in
*anaritumde anima mea, &c. colligit, vita ante-
dicta odium ingens ac vehementer esse debet. San-*
ctorum vero veteris Testamenti penitentiam ex
amore Dei processisse, necesse non est ut probem,
cum ipsiis Adversarii fateantur, ad peccatorum
veniam, in veteri lege, Dei super omnia amorem
necessarium fuisse. Eunque sati indigent
*verba illa Regis David: *Tibi soli peccavi, & ma-*lum coram te feci. Sicut & verba qua ex immi-
no dolore dixi ad Natan 2. Reg. 12. peccavi Do-
mino. Regi quoque Ezechias verba relata, reci-
gitabo tibi omnes annos meos, ex amore Dei ma-
nante, declarant verba sequentia: quia misericor-
dus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, &c.
Ila. 38. Dumque Ioseph cum filiis Israhel prostratus
ad Dominum penitentiam egit Iohne 7. 9.
quid dixit? *Audient Chananai, & ... debent*
nomen nostrum de terra. Et quid facies nomine iis?
Ecce divini amoris effectus! Similiter Danielis 3.
3. Ne quafcumque tradas nos in perpetuum, propter
nomen tuum. Idem observari potest in penitentia
Magdalene, cui dimissa sunt peccata multa, que
dilexis multum. Luc. 7. 47. Necnon in pa-
rabolā filii prodigi, quae tota ait in invictis Catho-
licas Religionis adversari Lutherum Pugil, Joanes
Eckius homil. 39. de penit. ad penitentiam
pertinet, quemadmodum Augustinus, Chrysostomus,
Hieronymus, Beda, & Ambrosius interpre-
tantur. Itaque filius iste capiebat tropice ventrem
sum de filiis, quas porci manducabant, & ne-
mo illi dabat. Quo nimis significare vultus Dr.
minus immensum peccatoris ego latet. Statim au-
tem iste capit cognitare apudje: quanti mercenarii
in domo patris nesci abudant pauperibus? Ecce me-
minis remuneratio: & dividitur in domo Patri
sui caelis. Et ego hic fame pereo. Ecce metua
paena. Surgam, & ibo ad patrem meum: verbasunt
penitentiam meditans, ait Augustinus l. 2. q. 9.
in Evangelia q. 33. Quid ergo patri dicendum lo-
dicit? Pater peccavi in calum, & coram te, & jam
non sum dignus vocari filius tuus, sic me sicut unum*